

**FOEDUS NUPTIALE**

à DEO ipso institutum,  
VIRTUTE ET ERUDITIONE ORNATISS.

**DN. JOHANNES**  
**Schrenfried König/**

CUM LAUDATISSIMA SUIQUE SEXUS  
VIRTUTIBUS CONSPICUA

DOMINA

**SOPHIA ANNA**  
**KISLINGIA,**  
**NATAL. WILLERIA,**

solemniter iniret,

os in magis delineare  
voluit

**Anno 1706. die 8. Febr.**

Cum intima qua temporalis,  
qua eterna felicitatis  
appreciatione

**M. MARTINUS Bohm.**

**THORUNNI,**

Imprimebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatus & Gymnasii

Typographus.

**S**to procul qui pacta jugalia  
Rides potenter fœderis optimi,  
Quæ de polo Sanctus Jehova  
Sic fieri jubet ille dudum.  
**T**erræ & poli, quod constituit DEUS,  
Id dente iniquo rodere sit nefas :  
Cudisset hic cum pegma mundi  
Cura secunda fuere tædæ.  
Mundi virebant principia omnia,  
Augebat ortu Solquè diem novus.  
**A**uræ vigebant flante vento  
Terra polusquè simul nitebant.  
Titan micabat lumine lucido  
Vibrabat Auram Cynthia candida,  
Fudit odores arbor alma ,  
Dulcia poma deditquè pomus.  
Lusit natantûm pulchrum in aquis genus,  
Aura volucres & pecudes viis  
Lætis ; sed unum defuit, quod  
Vera propago DEI nec esset.  
Mortalis est factus, bene nec potis  
Orbi imperare is, ni socius foret,  
Numen potens hoc sponte vidit ,  
Condidit ex latere ac Adami.  
Estote, dixit, mente animæ duæ  
Vivatis æterni, incolumes simul  
Crescatis; Orbem natus omnis  
Impleat, omne solum gubernet.  
Nunc, Sponse, sumis tale genus Tibi  
Vitæ, sacratum Conjugium subis,  
Lectamquè Sponsam, castitate  
Conjugem & pietate ducis.

Du

Ducis decoram Conjugio tuo.  
Fortuna donet mella, rosas, favos,  
Faustum sit & felix, & omni  
Tempore l&etitiam serenet.  
Vestr&eacute; quadrigis acceleret faci.  
Proncea, donec vita superstes est,  
Nexu liget Vos jam potenti  
Gratia diva, beetqu&eacute; lectum!

---

*Lemna:*

VIRTUS OMNIA VINCIT.

**V**Incit virtus omnia,  
fateor,  
**S**PONSE LITERATISSIME,  
nec tamen propterea tardiosa inter tardas res est,  
eandem querere,  
cum  
hanc & quæstuosè querere,  
& invenire ipsa virtus sit,  
hujusque vinculis vinci,  
ceu  
quoddam gratum & ratum,  
clarum & charum  
quisque virtuosus viriliter  
exoptet, desideret, inhiet.  
Ipse mundus in mundo immundus cerneretur,  
si virtus ipsius vera basis non esset;  
Amor à more & à te discederet,  
si cum virtute symmetriam nullam pateretur;  
Pulchritudo pulchra esse non posset,  
si suam speciem & specimen à virtute  
non specularetur.

Vir-

Virtus verò non prærogavit sibi prærogativam,  
omnes eam tamen venerantur, omnes mirantur  
non ignorantes,

universum orbem orbum dici,  
quem virtus suo splendore orbat.

Cum itaque virtus omnia vincat,  
hanc verò & vincere & vincire  
nemo possit,  
quid mirum?

quod & Te vincibilem vicerit,  
vincitumque in vinculis teneat.

Felix itaque hæc Amoris & Virtutis Tuæ

Συμπαθεια

**SPONSE LITERATISSIME,**  
quaæ Tibi Sponsam à D E O sponsam  
sponte obtulit,

ad eo que virtutem in amore,  
& amorem in virtute,  
fovebit, conservabit, obsignabit.

Conjungat itaque conjugium vestrum

Numen benignissimum  
& benedictione & gratia sua,  
ut illud nunquam, nisi morte, attamen serâ,  
mortale fiat.

Tu verò,

**SPONSE HONORATISSIME,**

Occurre semper virtuti,  
quo Te sapius vincere possit,  
Tu verò semper in vinculis triumphes!

**FIAT, FIET!**

In faventissimi animi obudem  
scripsit

GEORGII HENRICI CZIMMERMANN,  
Thorunensis.

